Bourges C 11 (lat)

SI CUM REGE LICIENTIAM[a] LOQUI NON ABUERIS QUALES SERMONES IN MANU EIUS MITTAS SECUNDUM TUAM RACIONEM

Piissimo ac serenissimo domino meo Carolo, excellentissimo agusto[b]

Auribus vestris servos[c] vester **ille**[d] perducere conpellit necessitas[e] quantum passus[f] sum malicia, incontradictum[g] |[1] vel sine iudicio. Venerunt itaque Th[adu]lfus, Th[...]g[...] [...]libet[hi] dicentes, quod ex iussione vestra missi vestri fuissent et per mala ingenia atque forcia mihi res proprietatis meae tulerunt, quae legitime[j] atque iurae hereditario mihi obvenerunt, et Ioseph episcopo mihi tradere conpulerunt; et aec omnia per mala ingenia atque contrarietate[k] Ego alium defensorem praesentaliter[l] manifestare non potui, nisi vestrae regalis clementiae cartam mundburalem ostendi, et mihi nihil profuit, sed, ut dixi, per ingenia mala adque volontate pessima eicientes me de ipsa hereditate. Et ego ancilla vestra caeleravi[m] ad vesti[gi]a[n] pietatis vestrae properare, ut misericordia vestra me exinde dignasset adiuvare, quia antea nec in ratione exinde fui nec interpellata responsum dedi. Vestra pietas hoc emendare conpellat, qualiter elimosina atque mercis[o] seu mundeburdum[p] vester semper adcrescat[q]

Domine mi rex, cognitum sit regali clemenciae vestrae, quia ipsa hereditate vobis tradere volebam, quando mihi haec malignitas adcrevit incontra rationis |[2] ordine; sicut pietas vestra potest cognoscere, si fuerit missus, qui veraciter hoc faciat investigare. Peto namquae pietati vestrae, ut exinde revestita fuissem, et[r] per misericordia vestra talem missum habuissem, qui mihi exinde in locum protectionis vestrae defensare et munburire fecisset, qualiter pietati vestrae interveniente exinde recuperata fuissem. Post Deum et sanctis spei meae continet plenitudo regalis. Et si de ipsa causa revestire me faci[a]t[s] misericordia vestra, si[c][t] quis postea per legem et iusticiam hoc superet. Haec mihi maxima pars dolori advenit, quando nec ad vestrum opus fuerunt[u] revocatas[v] nec mihi, ancillae vestrae legitime dimissas[w]

---

[a]LICIENTIAM] LICENTIAM *Roz*
[b]agusto] a[u]gusto *emendiert Roz*
[c]servos] = servus
[d]ille] ill̅ Le_1
[e]necessitas] *lies* necessitatem
[f]passus] *lies* passa
[g]incontradictum] *für* incontra drictum Le_1; in contradictum *emendiert Roz*
[h]Thadulfus … libet] *Textverlust von ca. 38 Buchstaben durch Rasur* Le_1, *noch zu erkennen* th[...]lf’ th[...]g[...]lib̅; *Zeu glaubte mit einiger Sicherheit noch* thadulfus *erkennen zu können*; *vollständig ausgelassen bei Roz*
[i][...]libet] *mit Sicherheit* cuilibet *oder* quibuslibet
[j]legitime] legitim̅ Le_1
[k]contrarietate] *für* contramentate Le_1, *so auch Roz, Zeu*; *Zeu verzeichnet für* Le_1 *fälschlich* contramietate
[l]praesentaliter] p̅sentaliter Le_1; presentaliter *ediert Zeu*
[m]caeleravi] coeleravi *ediert Roz*
[n]vestigia] *für* vestia Le_1, *so auch Roz, Zeu*
[o]mercis] *für* merois Le_1, *so auch Roz, Zeu*
[p]mundeburdum] mundeburd̅ Le_1
[q]adcrescat] *auffälliges Spatium nach* adcrescat Le_1
[r]et] *fehlt Zeu*
[s]faciat] *für* facit Le_1
[t]sic] *für* si Le_1

Bourges C 11 (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-07-04
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:bourges.form_c_011.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2024-08-14

[u]fuerunt] fuerit *emendiert Roz*
[v]revocatas] *lies* [res] revocatae
[w]dimissas] *lies* dimissae

---

[1]*[fol. 103v]*
[2]*[fol. 104r]*

Bourges C 11 (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-07-04
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:bourges.form_c_011.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2024-08-14